


R. 43.508

MEDITATIONES
CRÆCANICÆ IN
ARTEM GRAMMATICAM,

In eorum gratiam qui ~~vixit~~ præceptoris voce
destituuntur, & literas Gracas suo ipse
ductu discere coguntur.

NICOLAO CLEINARDO
AVTORE



AUGVSTAE TAVINORVM,

Apud Ioh. Dominicum Tarinum.

M. D. XCVE



R. 23.308

MEDITATIONES
CRÆCANICÆ IN
ARTEM GRAMMATICAM,

*In eorum gratiam qui viua præceptoris voce
destituuntur, & literas Gracas suo ipsi
ductu discere coguntur.*

NICOLAO CLENARDO
AVTORE.



AVGVSTAE TAVRINORVM,
Apud Io. Dominicum Tarinum.

M. D. XCVI.



24857908

3

HUMANISSIMO SIMVLQ. DOCTISS. VIRO,

IACOBO CANTE,
Reuerendiss. D. Cardinalis Campeij
summocubiculario,

NICOLAVS CLENARDVS S. P. D.

AE PENVNERO mihi venit in
mentem, eiusmodi libellum conscri-
bere qui Græce lingua studiosis, post
primum Grammaticæ gustum, tanquam præce-
ptoris instar esset, siquando viuæ vocis penuria
laborarent. Atque id consilij non defuerunt qui
probarent: nihil tamen æquè confirmantur ve-
tuum, doctissime Canta iudicium. Quum enim
nuper Bruxellæ de literis ageremus, operæ pretiū
futurum credebas si rudimentarij istis tyronibus
scriptor quispiam Græcus ita legendus propone-
retur ut singuli versus verborum thematis in-
signirentur. In illis enim rimandis misere pleros-
que angi, quibus hac ratione scrupuli omnes exi-


Aaa 2

4
mi possent. Ibi me illicò minus iam propositi pænitere cœpì; sed quasi oraculi autoritate permotus, inchoatū alioqui opus absoluere statui eodem, filo quod tua prudentia demonstrasti. Mitto itaque istuc Meditationes Græcanicas, easq; sub nominis tui auspicijs editas, vt quisquis inde fructus ad studiosam iuuentutem manauerit, eum totum propensissimè tua voluntati acceptum ferat. Deumque precetur vt quod præterea de iuandis bonarum artium Studijs animo concepisti, felicem sortiatur exitum. Mihi certè pro effusissimo isto in literatos homines amore augurari libet, & ominari licet, orbem aliquando sibi gratulaturum de præclari Iacobi Cantæ meritis. Bene vale; vir integerrime, & Campagiam familiam literarum gloria, quod strenuè facis, illustrare perge.

Louvanij, Anno 1531.

XII. Calend.

Iulias.



5
M E D I T A T I O N E S
G R A E C A N I C A E I N
artem Grammaticam,
Autorem Nicolao Clenardo.

 Rammaticorū præcepta quæ discendi linguis destinata sunt, ita demum utilitatem afferūt, & memoria fideli cōseruētur, & iugi meditatione, adhibito iudicio, tāquam renouentur. Qua quidē in re tantū est momenti, vt hīc eos peccare potissimum credā, quicūq; studia linguarū infeliciter auspicati sunt. Videas plerosque, annos aliquot in quibusvis passim obseruari auditorijs, noctes diēsq; Grāmaticos euoluere, professorū dictata religiosissimè describere: & breuiter oēm (quod dici solet) mouere lapidē, vt artis quā sectantur omnes canones intelligant: quū interim tot cōsumptis laboribus, ne id quidē sint assequuti, vt vel nominum teneāt declinationes, vel verborū coniugationes. Vsque adeò quosdā trāfuerso agitat incōsulta illa discēdi libido, nouorū semper & incognitorū auditate solicita. Itaq; non immeritò graues sāpe viri, Paulino more, illud istis occinere solent, semper dicentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Indignum enim arbitrantur, pretiosi temporis magno dispendio, linguam aut Græcam aut Hebræam affectare,

Aaa 3

quum tot sint alioqui artes egregie, & mortaliū visib⁹ per quā necessariæ, in quibus summa com laude versari possis. Neque tamen stultorum mores plus valere debent quām prudentum in dustriā. Quin potius errantes in viam reducere conuenit, & grassanti latius malo præsentaneum remediū afferre. Quapropter iam nuper Institutionibus in linguam Gr̄ecam editis, vbi quicquid eō pertineret, breuiter præcepti, ope rē pretiū me esse facturū credidi si discipulorum infirmitati & temerariæ illorū sedulitati curam consiliūmque pro virili parte præberem, qui fursum ac deorsum citra delectum varijs lectitendis auferuntur, multarum quidem horarū iactura, sed fructu exiguo, atque animum induxi, vt libellum aliquem rudi Mineruā conscriberem, vbi Gr̄ecarum literarum candidatis, tanquam vocem præceptoris viuam imiter; vt haberent qui iam rudimēta præcepissent quid sequi, quid fugere debent. Delecta siquidē epistola diui Basilij, nihil intactum reliqui, quod ad istas minutias pertineret, quæ primò discenda essent, quæ cōtrā in præsens omittenda, & in posterum se ponenda, quām potui fidelissimè commonstraui. Neque ab hoc instituto duxi alienius esse, verbulis singulis anxia quadam & barbara superstitione suum addere interpretationum nihil veritus ne in calumniam rapere tur, quod paruulis & balbutientibus ipse quo que

que me balbum præstitissēm. Subdidi tamen suam vnicuique sententiæ versionem Latinā, vt eam edidit Budæus partim ne quis nostris modō conspectis, ineptam & illatinam interpretationem (vt æquum est) irrideret, partim vt collatis inter se linguis, propria vtriusq; phrasis agnosceretur. Placēt alijs alia, mihi hæc visa est epistola mirū in modum idonea quæ per omnes (vt ita dicā) syllabas exactè & diligenter excuteretur: propterea quod præter elegantissimam dictionem, & dignam viro graui venustatem, optimis monitis Christianos mores componit: sine quibus pēniciosum est quicquid usquam literarum ediscitur. Proinde cui in animo sedet nostro consilio vti, vbi summam Grammatices compendio paruo fuerit assequutus, nominum verborūmque inflexionibus quantum sat erit degustatis, statim has legat meditationes neque alio se cōuertat, priusquam totā epistolam per tractauerit, & pensculando vestigandōque, sic locis omnibus rationem à se ipse postulauerit, vt citra morā quicquid occurrit diluere possit: nihil inde proferatur vel minimi momenti, quod non ad suum thema, tanquam ad originem referre queat. Nam eiusmodi exercitatio, vnum aliquem in libellum conferenda est, ne perpetuò ad eādem reuoluare molestium. Sed iam exposita propositi nostri ratione. Basiliū ipsum loquentē audiamus, cuius est epistola ad

Eπισολὴ μεγάλη βασιλεῖς πρὸς ἄγιον Γρηγόριον τὸν θεολόγον, τοῦτον καὶ ἐρημίαν διαγωγῆς.

Epistola magni Basiliū ad sanctum Gregorium theologum de vita in solitudine agenda.

Secesserat verò Basilius in Pontum: nactusque locum contemplationi appositum, eodem Gregorium pellicere studuit, missis ad eum litteris, in quibus amoenitatem secessus graphicè depingit & laudat. Quumque is respondisset regionis indole non magnopere spectandam vbi de lucro pietatis ageretur & simul videtur istius illecebris non adducēdus, ut ipse quoque in Pontum migraret: ibi Basilius occasione oblata pulcherrimam rescripsit epistolā, quam sic auspicatur.

B A S I L I V S .

Επέγνων σοῦ τὼν ἐπισολῶν, ὃς σεροὶ τοὺς τῷ φίλῳν παιδία, σεντρούς αὐτοῖς ὀμοιότατος πρὸς τοὺς τεκόντας ἐπιβοκεῖ.

VERBUM VERBO REDDITVM.

Agnoui tuam epistolam, ut qui amicorum proles ex apparenre in eis similitudinem ad parentes agnoscunt.

INTERPRETATIO BVDEI.

Sicut tuam epistolam agnoni, ut iij facere solent, quo amicorum liberost ex similitudine in ipsis conspicua agnoscunt.

S C H O L I A .

*H*unc vertēdi ordinem ad finem usque seruabimus, & ubiq; adiectis scholijs quoties opus erit ad nostras institutiones lectorē remitteremus;

temus, adscripto paginæ numero, eoque minime fallaci. Nam tametsi superiore anno, & fermè primo ab editione, supra quatuor millia excusa sint exemplaria; tamen sedulò curatum est, ut omnes libri paginis inter se conuenirent. Quod si quando præsentis opusculi locum citauerimus, Suprà vel Infrà ante pag. addemus, additis & numeris. Hæc igitur præfati, Meditations Græcanicas incipiamus.

Vox epistolæ prima est ἐπίγνων γνῶσκω, id est nosco. compositum autē ex præpositione ἐπί est ἐπιγνῶσκω, hoc est, agnosco. secundus aoristus actiuus verbī γνῶσκω, est ἐγνων, à verbo in μι tertiae coniugationis, γνῶμι, cuius fut. primū est γνώσω à primitiū themate γνῶ. vnde secundus aoristus actiuus ἐγνων, vt δίδωμι: futurum δώσω, aorist. secundus ἐθω: cuius formationē quare in Institutionib; p. 73. v. 7. Sic à γνῶμι, fut. γνώσω, aor. secund. ἐγνων, compositum ἐπίγνων, ex præpositione ἐπί & ἐγνων, Abiiciūt enim præpositiones vltimam vocalē, quoties præfiguntur vocalibus, p. 23. v. 16.

Σοῦ τὼν ἐπισολῶν σοῦ, genitiūs est pronominis primitiū secundæ personæ, σὺ, σοῦ, tu, tui, &c. Vsurpant verò Græci genitiūs primitiū speciei, vbi Latini per possessiūm loquuntur, tuam epistolam dicētes, non tui epistolam: illi autem σοῦ, τὼν ἐπισολῶν: quamquam & possessiūis vtantur, ἐπισολῶ τὼν σοῦ.

Ἐπίγνων σοῦ) ex encliticis est σοῦ, ideoq; destituitur

Tuitur proprio accentu, pagina 121. versu 7.
 Enclitica verò non semper accentum remittunt in præcedentem dictionem, sed quandoque solùm ipsum amittunt ἀγέδης τε, πάπος γε: sic ἴστηντοι σοῦ. Id quando fiat sensim ipse obseruabis. Reperies, σῶμα σου non autē λόγος σου: rectè tamen διδάσκαλός σου, σώματά σου. Nam vocabula προσετήρευα, id est, quæ penultimam circunflectunt, aut προπερούτων, id est, quæ acuunt ante penultimam, ea dictionis incliticæ suscipiunt accentum, non autem παρεξύτων, id est, quæ acuunt penultimam: tametsi quod ad accentum pertinet securum adhuc esse præstat, neque, multum de his rebus angi, priusquam in declinationibus, & coniugationibus probe versatus fueris & casuum ac temporum terminaciones exactè perdidiceris. Tum denique ad accentus rationem veniendum erit, & in eo diebus aliquot cōsumenda meditatio reliquis omnibus omisiss: scilicet ut ex animo & serio, quod agendum est agas, quandoquidē re ipsa comperi, plerisque in his literis quum plurimum temporis cōtriuissent, tamen vix tandem ad eam frugem peruenisse, ut iustum Grammatices cognitionem nacti essent, non aliam ob causam nisi quod statim omnia simul nosse voluerint, & nullitamē rei totos sese dedere. Atque illud vel maximē linguis prouehendis impedimento consuevit esse: dum viri alioqui boni, sed è quorundam

dam

dam moribus hæc studia æstmant, putantque linguis singulis seculum esse tribuendum: quum tamen, si quis recta ratione rem instituat, non modò Græcam & Hebræam, sed & Chaldeam & Arabicam ita nosse possit, ut reliquis disciplinis percipiendis nihil prorsus officiant, sed maximè prosint. Proinde ut ad nostrum institutum recurrat oratio, sic formari velim discipulum, ut primus labor impendatur declinationibus, & coniugationibus, etiam neglectis accentibus, nisi siquid obiter suapte industria notarit: deinde se in autore quopiam exerceat, & singulas minutias excutiat, quemadmodum in epistola præsenti facere cœpimus. Vbi hoc scopo sibi proposito iam istam partem satis assequutus erit, mox alteram curam suscipiat, de accentibus aut de syntaxi, dissimulatis interim illis quæ hoc non pertinent. Itaque suascrim, libellum aliquem huic exercitationi designatum, non semel tantum euoluere, verum toties à capite ad calcem usque perlustrare, quoties nouam prouinciam capebas. Ita enim futurum est, ut & vetere quæ iam didiceris relectione confirmentur & animus præsenti negotio detentus, minus distrahatur alienis.

τιλιονολι) τιλι accusatiuus fœmininus articuli præpositiui. ο, τη, τη, τιλι. Adhibent autem articulum fermè singulis dictionibus, interdum certitudinis gratia, interdū etiam conatus cau-

fa.

fa.de quo pag.79.ver.14.

Επισολων) accusatiuus singularis *η οπισολη*, secundæ declinationis, vt *η τημης*: *τηλη οπισολων*. Ut *τηλη τημης*. Articulus additus facile commonstrat nominum genus, numerum, & casum. Quòd si defuerit, adhibito Lexico planum fiet. Nam cæteri casus cum nominatiuo principalem syllabam habent eadem. At in verborum temporibus alia est ratio, propter augmentum. Quum vero dicatur *οπισολη* & *οπισολων* accentu acuto, hic grauis positus est *τηλη οπισολων*. Dictiones enim acute nisi ponantur in fine periodi, vt sententiam claudant, mutant acutum in grauem ob consequentem dictionem pag. 118.v. 17.

αντερ) vt quemdmodum: similitudinis adverbium: idem significat *ως*. Est enim in plerisque *επι* adiectio syllabica, vt etiam in articulis subiunctiuis, *διατερ*, *ηπερ*, *επερ*. pag. 69. ver. 9. Nemo verò sibi molestiam asciscat in memorandis adverbiorum variis significandi modis, aut coniunctionum potestatibus: vt norit quas exemplias dicere debeat, quas rationales aut causales. Illud pro partibus orationis quas vocant indeclinabiles, satis fuerit: vt quando occurrent in autoribus, significationem & usum obseruet.

οι) qui, articulus subiunctiuis, functus officio relatiui. pag. 78.v. 18. quod si scribatur sine accētu *οι*, prepositiuus erit: qui non conueniet verbo *επιγνωσκειν*, sed participio *οι επιγνωσκοντες*, id est.

agno-

agnoscentes: at *οι επιγνωσκουσι*, qui agnoscunt.

Τους οι φίλων παιδες) amicorum liberos. Inter articulum dictionis regentis, & ipsam dictiōnem regente, eleganter collocantur dictio recta cum suo articulo *τους παιδες οι φίλων*, liberos amicorum *τους οι φίλων παιδες*, amicorum liberos. Sic reliquæ particulæ, vt præpositio cum casu, aut adverbium, venustè ponuntur in medio, *περι ιμανθειον, τες, ουτω καθειδοντας*: cuiusmodi sunt aquid Latinos vbi inter adiectuum & substantiū quippiam interseritur, temperatum orationis genus, Sūmam doctoris autoritatem, &c.

Τερψιχορ) articulus indicat esse genitium plurale à nominatiuo tertię declinat. *εφινες*, amicus: vt, *ο λόγος*, *ο φίλων*: *οι φίλων*. Semper vero genitius pluralis definit in *ων*, in omni declinatione: ideoque inde certum nominatiuum non licet colligere, nisi consulto lexico aut præceptore.

Τους παιδες) proles, liberos *οι γινη παιδες*, *τους και της παιδες*, quintæ declinationis. Accusatiuus pluralis *τες παιδες*, accentum habens in priori syllaba, quum tamen genitius *παιδες*, ultimam acuat, de hoc pag. 116.v. 31. Cur etiam *παιδες* circunflectatur, non autem acuat dicendo *παιδες*, notatum est pag. 116. versu 1. in *εισας*, *εισατος*.

Εκ της επιχειρουμένης) *ειν* & *εξ*, idem significant: sed ante vocalem, *εξ αυτης*, ex ipso: illud ante consonantem, *εκ πατερος*, ex patre. Præpositionum

signi-

significata, regimen & usum disces optimè legendis autoribus, & doctorum interpretationibus, quales aetate nostra quos insignes vidimus Erasmum & Budæum. Quod si cui libebit alieno magis frui labore, non habeo consilium expeditius quam ut ipsius Budæi Commentarios, ubi de præpositionibus accuratissimè scripsit, diligenter perlegat, præsertim si iam in literis gradior sit & plusculū nactus fuerit iudicij aliqui infirmioribus & rudibus commodum erit Lexicon illud quod nuper Parisijs excusum est opera Gerardi Morrij: qui sedulò studuit, ut iuuentus in promptu posita haberet, & suo loco, non modò quæ tradidit Budæus, verum etiam quæcunque ex aliorum monumentis apiculæ in morem collegit.

Επιφανεύεται compositum ἐποίησα, ostendo Passuum ἐποίησα ostendor, appareor, reluceo, & conspicuus sum. Nam crebrò passua Græcorum reddimus per neutra Latinorum, aut contrà. Licet enim eandem rem diuerso nominare contingat idiomate, tamen quæ vocantur apud Grammaticos partium orationis accidentia, genus, numerus, figura, & huiusmodi, ea non semper conueniunt: ut nos dicimus in plurali, diuinitiæ, diuiniarū, illi singulariter, οὐλούτος, οὐλούτου: nos deponenti voce Furor, illi voce activa κλέψω, Sic non mirandum, si quum illi dicant ἐποίησα, sub voce passua, nos interpretemur

temur non solum ostendor, siue videor: sed etiam appareo, reluceo, & etiam per circumlocutionem, conspicuus sum. Igitur ab ἐποίησα fit participium ἐποίησεν, qui ostenditur, apparenſ, aut si per nomen reddere velis, conspicuus. Fœminatum ἐποίησεν, secundæ declinationis, genitius. Η ἐποίησεν.

Επιφανεύεται αὐτοῖς) apparente in ipsis. Composita regunt casum præpositionis: αὐτὸς datiuo iungitur, significans idem quod in: proinde verbum cōpositum datiuum habet, ἐποίησα αὐτοῖς, reluceo in ipsis, nā absurdā fuerit imitatio, Inappareo ipsis, quod verbum Latinus non agnoscit. Quo factū est ut in versione præsentis epistolæ non sic verbū verbo reddere potuerimus quin interdum cogeremur minus esse inepti, dum saltē Latinis vocibus vti studemus: et si peculiarem lingue phrasim neglexerimus. Ideo veritus, Apparente in ipsis, non autem Inapparente ipsis.

Αὐτοῖς) datiuus pluralis pronominis αὐτῶς, de quo pag. 77. v. II.

Ομοιότητος) τέμοις, similis, οὐδοιότης, similitudo, τῆς οὐδοιότητος. Adiectiva in αἱ formant substantiua fœminini generis in οτης, quorum genitius in οτητος, pag. 13. versu 10.

Ομοιότητος ἀρρενούτητας) obseruabis, dictiones que significant conuenire, consentire, similē esse, aut contrā, dissidere, dissentire, pugnare, &c.

præpositioni ἀπός adiungi. Exempla notabis vbi incideriut.

Πρὸς τὰς τεκόντας) præpositio ἀπός cū accusatiuo.

Τὰς τεκόντας) τίκτω, pario secundus aoristus ē τεκώ, ab inusitato verbo τέκω. ab ēτεκον participiū, ὁ τεκώ, οἱ τεκόντος. Accusatiuus pluralis τοὺς τεκόντας, id est, eos qui genuerunt, aut pepererunt, népe parétes: quod tamen est nomen, non participium. habent autem Græci in omnibus verbis, omniū temporum participia: Latini non item. Quum sit igitur τεκόντας participium aoristi secūdi, & significet præteritum, necesse est nos circumloqui per verbum & relatiuum. τοὺς τεκόντας, eos qui genuerunt. Nam à verbis actiuis, vt sunt, pario, gigno, non fiunt participia præteriti temporis. Ideóque si velimus adhibere periphrásim, & tamē vna tātūm voce reddere, vel rationē temporis negligimus, & vtimur participio præsenti, gignentes, parientes, aut eius loco nomen ponimus, parentes, genitores, Idē facito in cæteris: vt si quando Latinum participium eiusdem téporis non reperiatur, inuenias nomē quod saltem significatione cōsentiat: sicut à verbo κτίσω, futurum κτίσω, aoristus primus ἐκτίσα, participiū δικτίσας, qui creavit: pro quo verte creatorem.

Επιγινώσκεσθαι) agnoscunt, tertia pluralis ab ἐπιγινώσκω

B A S I L I V . S .

Τὸ γαρ μὴ μέγα τῇ φῖσαι τῷ Φρόπτη κατασκευῇ ἀπός τῇ
ἐμποιῆσαι

ἐμποιῆσαι ὅπαλο τῷ λυχῆι σου εἰς τὸν μεδ' οὐ μάῶν βίον, τῷρι
ἀντὶ τοῦ θρύπου τὶ μάθοις καὶ τῆς διαγωγῆς. οὐκτὸν τὸ
διανομέα, καὶ τῆς οὖς λυχῆις τῆς ποντίας, τὸ τῆς μαδὲν τιθε-
μένης ἀπός τὸν ἐπεισαγγελιανός ἐπικεμένος οὐ μήν μακαρίστηται.

V E R B U M V E R B O R E D D I T U M .

Nam haud magnum esse dicere loci structuram ad inge-
nerandum impetum aliquem animo tuo ad cum nobis vita,
priusquam de modo aliquid didiceris, & conuersatione: tuus
est reuer a sensu & tui animi omnia hic nihil facientis pra-
in pollicitationibus reposita nobis beatitudine.

I N T E R P R E T A T I O B V D A E I .

Nam quod existimare te ait, magnopere non referre habitum structu-
ramque loci, ad sciendum in animo tuo desiderium vite nobiscum agendis
antequam compertum quippiam habeas de modo, & ratione vite nostra
tuus hic est profecto animiq; tui sensus, qui huius mundi bona prorsus
nihil effe ducas, prout est beatitudo, quam reconditam in diuinis pollici-
tationibus habemus.

S C H O L I A .

Τὸ γαρ μὴ μέγα τῇ φῖσαι, &c.) Sic ordina, τὸ φῖσαι,
τὸ Φρόπτη κατασκευῇ μὴ μέγα τῇ, id est, dicere loci
structuram non magnum esse, hoc est, non multum habere momenti. Cæterū articulus
τὸ, iungitur infinitiuo φῖσαι, tanquam nominis.
Siquidem infinitiuus, siue solus, siue cum casu,
nominis vice fungitur, idque in neutro genere:
& hoc loco tanquam nominatiuus habetur.

τὰρ) enim, nunquam primum locum sibi in
oratione vendicat, ideoque vertimus per Nam,
propterea quod Latini pro articulo τὸ nihil ha-

B b b bent

bent quod ponant, nisi dicant, τὸ γὰρ φῆσαι, Ipsum enim dicere; aut, Id enim, nempe dicere: vt capiamus articulum præposituum pro pronomine demonstratiuo: id est τὸ, pro τοῦτο. siquidem hoc interdum sit: pag. 79. v. 4. Alioqui si articulum suo more capias, quum nihil latinè respondeat, turpe foret dicere τὸ γὰρ φῆσαι. Enim dicere: quapropter vertimus. Nam dicere.

Μὴ μέγα) non magnum, μὲν, non. alia significata in præfens omitte, & suo loco discenda ducito.

Μέγα) magnum. Adiectiuum neutrum, de quo pag. 90. v. 5. Sæpe alterius generis substantiuo additur adiectiuum neutrum: τὸν ἢ τὸν κατασκευλόμενό μέγα, Loci structuram esse magnum; veluti substantiuè, hoc est, rem magnam, aut magni esse momenti magnoperè referre, vt Budæus vertit.

Εἶναι) esse. Infinit. ab εἰμί, sum, pag. 99. v. 13.

Φῆσαι) Infinit. Aoristi primi, ab indicat. φῆσαι, vt τύψαι, ab εἴπυσαι. Cur ergo non φῆσαι, vt τύψαι, accentu acuto? Iam monuimus, non aliud esse agendum prima lectione huius epistolæ, quam casuum, & temporum, & personarum terminations rimaremur: & vides terminatione consentire φῆσαι cum τύψαι, vtrunque in α. Quod ad accentum attinet, α in huiusmodi solet haberi pro breui, pag. 119. v. 9. longa verò ante breuem, finalē circunflectitur. Itaque scribendū non φῆσαι, sed φῆσαι, pag. 216. v. 11. in εἰσάς, εἰσ-

705.

705. Visiratum verò thema huius infinit. φῆσαι est φημί, de quo pag. 102. versu 14. Nec tam significat dico quam puto & profiteor. Vtrunque explicat Budæus, τὸ γὰρ φῆσαι, nā quod existimare te ais.

τὸν ἢ τόπου κατασκευελόμενό) de articulo dictiōnis regentis, & rectæ, vide notata supra, pag. 13. v. 8. in τούς τὴν φίλων παιδας.

Τόπου) loci ὁ τόπος, tertiae, τὸ τόπε.

Κατασκευελόμενό) structuram, οὐ κατασκευή, secundæ declinationis.

Πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι τὴν φυχὴν σου) ad ingenerandum animo tuo. Gerundiis & supinis Græci carēti, in quorum locum subeunt infiniti, adiectis articulis neutri generis, οὐ πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι, hoc est, (vt rudiūs loquamus) ad ingenerare, id est, ad ingenerandum: aut causa ingenerandi. Nam prius supinum, gerundium in di, vel dum, fermè efficit infinit. adminiculo præpositionis πρὸς.

Ἐμποιῆσαι) infinit. primi aor. actiui, ab ἐμποιέω, indo, ingenero, innasci facio; quasi intus facio, vel inesse facio. Capiatur simplex αἰσθέω, & per crasim αἰσθάνω, primæ coniugationis circumflexorum. Fut. αἰσθήσω, aor. primus ἐωσίσαι, infinit. αἰσθῆσαι: vnde compositum ἐμποιῆσαι ab ἐμποιέω, ex præpositione εἰ, migrante εἰ, in εἰ, propter εἰ, sequēs. Quomodo verò se habeant præpositiones εἰ & σὺ in cōpositis vide pag. 115. v. 22. in verbo συρρηγνύσθη.

Quoties inciderit verbum compositum, vt facilior sit temporū formatio, tolle præpositio-

B b b 2 nem,

nem, & executio simplex, ut modo facimus in infinito: εποιησα.

*O pūlū tīra) desiderium aliquod, & impetū. Nā
hoc propriè vox significat, veluti quum animus
aliquo fertur, & aliquid agere gestit; odio, vel
amore prouocatus. Nominatiuus nōpūn, secun-
dæ declinationis accusatiuus tbi o pūlū, & tēpūlū.*

Terza) accusatiuus singularis fœminini gen. nominatiuus, *tis, tivis, tinis, tivis*, quod habes p. 13 v. 21. Quanquā si quis perceperit ordinē, quē sequuti sumus in quinta nominū declinatione, facile inuenierit omnia, vel nobis tacentibus. Primo scripsimus, quæ desinenter in vocalē, nempe *a, i, u*. nam nullū nomen quintæ declinationis definic in aliquam reliquarum vocaliū, *e, η, o*, deinde sequuntur finita in consonantem: nec ullum definit in aliquam istarum consonatiū, *θ, γ, δ, ζ, θ, κ, λ, μ, ω, τ, ο, χ*, sed in vnam reliquarum, nempe *v, ε, ρ, σ, ψ*: quas quinque consonantes variæ præcedent vocales aut diphthōgi, hoc ordine, *av, ev, tv, iv, cv, ew, uw, wv*. In litera *ξ* non vocalium facimus discrimina, sed varias adscripsimus terminaciones genitiui, *nos, γos, χos*, pro affinitate trium interseſe mutarum, tenuis *κ*, mediæ *γ*, aspiratæ *χ*. Sequitur *ap, εip, ip, op, up, wip*, deinde *as, εus, us, es, eis, eus, ns, is, os, us, us, ws*. Subduntur quæ in duas desinunt consonantes, *λs, rs, ps*, ultimo, quæ in duplicem desinunt: vbi similiter vt in *ξ*, non vocaliū habita est ratio, sed genitiui *ωos, βos, ηos*,

PRO

p tribus aliis mutis tenui π , media β , aspirata ϕ ,
Hunc ordinem quisquis obseruauit, statim no-
uerit, vbi querendum erit, quicquid occurret,
de nominibus quintæ decli nationis.

Est autem hoc nomen ~~et~~ ex encliticis, quæ proprio destituuntur accentu, pag. 121. ver. 5. *opusculi riva, pro opusculi riva.*

Enclitica enim quandoque non remittunt suum accentum, sed tantum perdunt: ut notatum supra, pagin. 9. versu 19. in voce ἐπέγνωσσον.
Sic & enclitica dissyllaba quandoque remittunt, ἀρθροσόν τινα: quandoque tantum perdunt, nempe si præcedat οὐτισμὸν, id est, dictio cuius ultima circumflectitur, πιῶ τινα, aut ὁξύτονον, id est, dictio, cuius ultima est acuta κακίν τινα. sic hoc loco ὄρμη τινα: in cuiusmodi ablatus est accentus à voce τινα: nec tamen dictio præcedens ullum habet accentum, præter nativum & proprium. Et in istis non obtinet canon ille de accentu acuto qui ob consequentiā migrat in grauem, ut notatum supra pag. 11. v. 17. in Ἀποστολῷ.
Nam si encliticū seruaret accentum, scriberemus ὄρμη τινα: (acutus enim ob consequentiā mutatur in grauem) at ubi encliticū accentū perdit, acuta dictio præcedens manebit acuta. ὄρμη τινα non autem per grauem ὄρμη τινα.

Ψυχῆς σου) animo tuo, ἡ ψυχή, τῆς ψυχῆς, τῇ ψυχῇ, secundæ declinationis, ut ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ.

$\Sigma_{\text{ii}})$ genitius à σ_1 pronomine, de hoc supra.

Bbb 3 pag

pag.9. ver. 9. in οὐτινότητι, & in τέταρτον οὐ, ibidem, versu 16.

Eis & μεσ' ἡμῶν βίον) præpositio εἰς cum accusatiuo, εἰς βίον, ad vitam. Budæus, ὅπου εἰς & βίον, hoc est (verbum è verbo) Impetum ad vitam vertit desiderium vitae. Non enim interpretis officiū est, anxia quadam religione numerare voculas, & syllabis assidere: sed Latinis auribus satisfacere, & Græcanicas figuræ quam maximè fugere. Ad quod nihil æque conductat, atque ratio copiæ: in qua quisquis erit bene versatus, is facillimè præstabit rectum interpretem.

Τὸν μεσ' ἡμῶν βίον) Infirmioribus obsequuti, reddidimus ineptissimè (vt cernerent quid cui responderet) hoc pacto, εἰς & μεσ' ἡμῶν βίον, ad cum nobis vitam. Articulum enim &, qui varijs modis explicari potest, tāquam negleximus, & scholijs ipsum declarandum reliquimus. Itaque articulis qui afficit præpositionē cum casu, redideretur commodo aliquo adiectiuo, & μεσ' ἡμῶν, βίον, agendam nobiscum vitam, pag. 126. ver. 12.

Μεσ' ἡμῶν) apostrophos est pro μεταὶ μον., pag. 5. versu 17. Græci autem hīc a Latinis dissentunt, naturali præpositionis ordine seruato, dicentes μεσ' ἡμῶν, cum nobis: pro quo Latini nobiscum. Ceterum μετὰ, cum, genit. habet: at μεταὶ post, accusatiuum.

Ημῶν) genitiuus pluralis à pronomine ἡγετ., pag. 76. ver. 12.

βίον)

Βίον δὲ βίος, vita, tertiae declinationis.

Πρὶν δὲ μάθοις priusquam didiceris, φήσι, antequam, priusquam.

Αὐτὸν μάθοις hæc coniunctio αὕτη, nunc, est potentialis, εἰς τὸ φέντε, nequaquam dicas, haud possis dicere: nunc planè vacat. Vide Budæū in Commentarijs linguae Græcæ, vbi usum explicat, & quibus modis iungatur. Tu interim quoties obuia fuerit hæc particula, securus neglige tanquam otiosam, donec in istis literis plus roboris collegeris. Multa dissimulanda sunt, vt loco, & tempore discantur commodiore.

Περὶ τῆς τρίτης de modo præpositio εἰς cum genituio.

Τρίτης nominatiuus ὁ τρίτων, vt ὁ λόγος. Masculinum est, quod inspecto disces Lexico. Siquidem genitiuus τῆς τρίτης conuenit vtrique generi, siue dicatur ὁ τρίτος, siue in neutro τὸ τρίτον, vt τὸ ξύλον, vtriusque enim genitiuus esset τῆς τρίτης.

A verbis quorum penultima est ε, deducuntur nomina, cōuerso ε in οιλέω, dico, λόγος, sermo. τρίτη, verto: τρίτης, mos, modus. Item aliud, τροπή mutatio, vt ab ἐπιστέλλω, id est, mando, mitto epistolam, fit nomen fœmininum ἐπιστολή, id est, epistola. Nam latinitate donatum est.

Τι aliquid, neutrum est à communī τίς, τιος, hoc est, aliquis, quispiam, vel quidam: quætria Græci unica voce dicunt.

Τι μάθοις aliquid didiceris, horis. Budæus, ad-

B b b 4 iutus

iuctus præsidio copiæ, versionē fecit speciosiorē, dum pro didiceris vertit, compertum habeas.

Mάθοις μαθών, disco, secund. aor. capit. à μαθείνει in usitato. vnde fut. μαθήσω aor. prim. ιαθθοτα: scūdus, εμαθόν, abiiciendo ex aor. primo penultimā vocalem cum consonante sequente, nē-pe. ns. de hoc pag. 58. v. 12. Ab εμαθόν opt. est μαθησι, μαθοις, vt ab ετυπων, fit τυποιμι, τυποις.

Xai) & coniunctio copulatiua. Quomodo discedæ sunt partes orationis indeclinabiles, scriptum supra. pag. 11. v. 23. in ἔπειρ.

Tns διάγονος) διάγω, dego, vitam traduco, à διά, & ἀγω, reiecta ultima præpositionis vocali propter vocalem sequentem, pag. 23. v. 16. Ab εγω & compositis verbalia fiunt adiectione syllabæ γη, ἄγω, ἀγαγόν: σωμάγω, σωμαγωγή: εἰσάγω, εἰσεγωγή: sic à διάγω fit διάγωγή, id est, institutum vitæ, & viuendi ratio.

Σὲν λῦ ἐντος) σέν, ση, σὸν, tuus, tua, tuū, pronomen possessiuū. pag. 76. v. 24. Scribitur hīc σὸν, graui accentu propter sequentem dictionem, supra p. 11. v. 10. in θεολογ. quod si ponererur in fine iustæ sententiæ, iam acueretur, διάνοι μα τὸ σὸν.

Ηὐδότος) est reuera. λῶ imperfectum ab ειδη pag. 98. v. 28. sed crebrò ponitur pro præsenti εῖτι. Sic εἶτι pro δεῖ, εἰχεῖ pro χεῖ.

Οὐτος) profecto, reuera, aduerbiū à genitiuo plurali participij verbi substantiui οὐ, οὐτος. οὐ οὐτων, οὐ in σ, οὐτως, pag. 80. v. 8.

Δια-

Διανόησα) sensus à διανοέω. Simplex νέω, fut. νοίησε, præteritū act. νεόνησα, passiuum, νεόνησεν: vnde verbale τὸ νόησα, pag. 84. v. 27. ablato incremento, & verso παι in μα, compositum διανόησα. Ut verò facilior sit thematis inquisitio & vtilior, memores esse cōuenit vnde tēpora formentur: ut sensim tanquam per gradus sursum ascenda mus ad originē, donec inuentum sit præsens indicatiui modi. Est enim thema, hoc pacto quaerendū διανόησα, reiçce præpositionem erit νόησα, verbale in μα, quod fit séper à præteriti pass. prima persona, sublato augmēto. Erit igitur, νόησε à νεόνησε. Porro præteritū pass. formatur ab actiū, vertendo φα in μα, χα in γημα, vel να in μα. Fuerit ergo νεόνησε ab act. νεόνησα. Vbi autem να in pret. definit, futur. in σα, nisi sit quintæ cōniugationis. Proinde futurum erit νόησε. Nā in quinta coniugatione dicere νοίησε. contra canonem est, qui præscribit penultimā futuri quintę coniugationis esse breuiādam: & alioqui si futurum esse νοίησε, præsens esset νοίησα, quod nusquam apparet in Lexico. Relinquit igitur futur. νόησε, id quod proficiscitur, à præsenti tertię coniugationis νοίησα, νοίηθα, νοίητα: aut quartæ νοίηζε, νοίησω, siue νοίηθε: aut sextæ νοίησε: aut primæ circumflexorum, νοίηω, νοίησε: aut secundæ νοίησε, νοίησε. Siquidē cōsum isto rū futurū esset in σα. verū nullū eorum ostendet Lexicon præter νέω. Hanc thematis rimandi viā diligenter obserua. Parat. nimirā facilitatē,

vt

vt statim occurrat origo, vnde tempora manare queant. De hoc vide pag. 117. v. 23.

Kai τῆς σοῖς φυχῆς) & tui animi. Hic vtitur possesso suo pronomine σὸς, σὴ, σὸν, tuus, tua, tuum. Fœminum σὴ, genitius τῆς σοῖς. poterat vti primi-
tio genitiuo σὸν τῆς φυχῆς, hoc est (vt vetusto mo-
re loquamur) Tis animi, pro tui animi: siquidem Græci genitiuos primiū speciei, μοῦ, σοῦ,
δῆ, ημῶν, ἡμῶν, σφῶν, etiam actiuē, & passiuē capiunt:
apud nos autem, mei, tui, sui, nostri, vestri, tan-
tum passiuē. Actiuē autem, & passiuē usurpant
veteres, mis, tis, sis, nostrūm, & vestrūm. tria mis,
tis, sis, exoleuerunt: nostrūm, & vestrūm tantūm
partitiuē capiuntur: uterque nostrūm, quilibet
vestrūm.

Φυχῆς) οὐ ψυχῆς, τῆς φυχῆς, secundae declinationis.

Τῆς πεντα τὰ τῆς μηδὲν τιθεμένης) ordina sic τῆς
μηδὲν τιθεμένης, nihil facientis omnia hic subaudi-
posita. Interpres non mālē hunc locum extulit
per secundam personam hoc modo; Qui hu-
ius mundi bona prorsus nihil esse ducas: ta-
men genitius τῆς τιθεμένης referendus est ad sub-
stantium quod præcedit, nempe τῆς, σοῖς, φυχῆς.
Tuus, inquit, hic est profectō animique tui sen-
sus, φυχῆς, inquam hoc est, animi, vel animiæ, τῆς
μηδὲν τιθεμένης, hoc est, nihil esse ducentis, aut
quæ nihil esse ducat. Participium enim varie
reditur, nunc aduersum quiddam indicans,
nunc causam explicās, vt hoc loco, τῆς μηδὲν τιθ-

I N A R T E M G R A M M . 27
μένης, nihil ducentis, quæ nihil esse ducat. Proin-
de quæ per participia Græcis efferuntur, no-
Latinitate donabimus, per eiusmodi cōiunctio-
nem, quæ commodissimè facit ad sensum.

Πεντα) omnia. οὐδὲς, οὐ πεντα, τῆς πεντης:
τὸ δὲ, οὐ πεντα. accusatiuus pluralis neutri gene-
ris, τὰ πεντα, accentu in priore. licet genit. sit πεν-
τα, no n πεντα. vide pag. 119. v. 31.

Ta τῆς articulus aduerbio iunctus mutat ip-
sum in adiectiuum: χθες, heri, ὁχθες hesternus,
ἢ χθες hesterna, & ita & per omnes numeros, &
genera: pag. 125. ver. 12. aut in isto articulo
participium intelligitur verbi substatiui ὁ, οὐδε;
ἢ: aut aliud quippiam quod loco, & sententiae
congruit, seruata genetis, numeri & casus ra-
tione. εἰκῇ, illic, δεξαῖ, qui illic est, habitat ambu-
lat, &c. οἴκοι, domi, aduerbialiter: τούς οἴκοι, intelli-
ge ὄντας, existentes, hoc est domesticos, sic τὰ τῆ-
ς, intellige ὄντα, aut aliud quod quadrat. id est,
quæ hic fiunt, vel geruntur: quæ in hoc mundo
sunt, &c. Est autem τῆς, aduerbium sub for-
ma dativi fœminini. cuiusmodi plurima sunt
profecta ex secunda declinatione, habentque
& vel diphthongum impropriam θημοσιη pubbli-
cè: ιδιᾳ priuatim: οἴα, violenter: οὐδέποτε, confi-
derter, libere, sic ἀλλι, πεντη, οὐ, οὐδε, οὐδείη
εἴη, οὐδεγί, νομίη, πολλαχή, πενταχή, διπλη, τε-
ρτη, πενταπλη, ταυτη, ad eundem modum, τῆς,
quod fit ab articulo præposituo, οὐ, οὐδε, qui ad-
uentu

uentu particulae capitur pro demonstratiuo,
pag. 79. versu 3. oide, pro ἐτος, hic: οδε haec: vnde
datiuus τιθέντε huic, & aduerbialiter, hic.

Mindēv) nihil ο μηδέσι, ο μηδενία το μηδέν, p. 13. v. 1.

*Tιθεμένης πιθημι, pag. 60. v. 22. Pass. τιθεμαι, par-
ticipium, ο τιθέμενος, η τιθεμένη, genitius της τιθεμένης,
id est, ponentis, facientis, ducentis. Apud Atti-
cos enim passiua capiūtur actiūe, & alioqui de-
ponētalia. & media verba idē habet præsens &
imperfectum cum passiuis. Porrò τιθεται hoc loco
significat idem quod λογιζεται, id est, ducere, at-
que existimare, αποθην τιθεται, nihil facere: μηδε
τιθεται, parui habere: οσερν τιθεται, post habere: οσερ
ζεται τιθεται, pro nihilo ducere, nihil facere. Ve-
rūm ista persequi non præsentis instituti: tan-
tum illud studiosos adolescētes admonitos ve-
lim, si linguae Græcae proprietatē & elegantem
vocabulorum usum tenere desiderent, vt Com-
métarios Budæi sūma cura prælegat. Reperient
enim incredibilem quandam thesaurum, vnde
ad copiosē scribendū reddentur instructissimi.*

*προς την μακαριότητα) ad beatitudinem. Nihili
ducētis, inquit, ad beatitudine, hoc est, præsum est
beatitudo. Capitur προς, vt apud comicū præpo-
sitio ad, Nihil ad nos, à hanc, id est, prout nostra
haec est formosa, εἰν προς την μετέρα των των.*

*Εἰντιγγενέας) in pollicitationibus. Adiectiuū
diuinus interpres explicandi causa posuit.*

*Ἐπαγγελτας) à nominibus in tam substantiuis
quam*

quām adiectiuis deducuntur substantia in *ta:*
*κακός, malus: κακία, malitia. ἀγγελος, nuntius: ἀγγε-
λία, res quæ nuntiatur: ab ἀγγέλῳ, nuntio: cuius
compositum ἐπαγγέλλω, ex prepositione ἐπι, & in
voce deponentali ἐπαγγέλλωμαι, promitto. Hinc
ἐπαγγελος, vnde ἐπαγγελία secundæ declinationis.
Datiuus pluralis ταῖς ἐπαγγελταις.*

*Αποκεμένω) verbum κείμαι, pagin. 101. ver. 27.
cōpositū *ταῦτα κείμαι*, resideo, repositus vel deposi-
tus sum: particip. *ταῦτα κείμενος*, repositus, femininū
η *ταῦτα κείμενη* secund. declin. accusat. την *ταῦτα κείμενω*.
Nec miretur quis quod verbum præsentis tem-
poris *ταῦτα κείμαι* vertitur, repositus sum, & itē par-
ticipium *ταῦτα κείμενος* præf. tēporis per præteritum,
repositū. vide suprà pag. 13. ver. 16. in voce *κεί-
μαι κείμενος*. Neque præterea hic laborandū est, vt
quia v erbum *κείμαι* nobis occurrit, totam illius
ediscas coniugationē. Sed vbi excusso accusati-
uo *ταῦτα κείμενω*, ad ipsum thema peruerteris, nem-
pe *κείμαι*, hic sistendū erit, nec vltra præsens tem-
pus progrediēdum. Id quod in omnibus obser-
uabis, ne longius curam extēdas quām præsens
locus postulauerit. Si quis occurret, obliquus,
nō quiescēdū, nisi reperto nominatiuo: si ipse in-
ciderit nominatiuus, aut thema verbi, nō scruta-
tabimus anxiè quæ inde tēpora deducātur. Ce-
terūm quia ad consummatum grāmaticum per-
tinet, etiā illa tenere quæ posteriore parte no-
strarum Institutionum carptim scripsimus, quæ
inci-*

incipiuntur, pag. 81. v. 5. consultum videtur, non quidem ea solum ediscere, ut sparsim in excutiendo libello quoipiam obvia erunt, sed huic quoque rei postea tempus suum tribuere, & a capite ad calcem usque perlegere serio studio, haud aliter atque feceris in præceptione primorum rudimentorum.

H(uius) nobis. datiuus pluralis ab εγώ.

Mακαρίοτητα) ὁ μακάριος. inde ή μακαρίοτης, τὸ μακαρίοτης. (vide in voce ἡμοῦτος, supra pag. 14. v. 22.) accusat. τὸ μακαρίοτητα.

Eγώ δὲ ποιῶ αὐτὸς εἰπεὶ τῆς ἐχετιᾶς τὸ αὐτός, γυνήρος καὶ οὐμέρας, γράφειν αἰχμαλόματα. κατέλιπον μὲν γράφας εἰναι διατριβαῖς, ὡς μυριῶν κακῶν φροντίδας, εἴμαστον δὲ τοιούτου θεολογεῖαν γέδωνθει.

CLEN. Ego vero quæ quidem facio ipse insolididine hac, nocte & die, scribere erubesco. dereliqui quidem enim in urbe occupationes, tanquam sexcentorum malorum causas, me ipsum autem nondum derelinqueru potui.

BVD. Evidem ad te scribere non sustineo præ pudore quæ in hoc extremorum finium recessu interdiu nocturno agito. Tametsi enim urbias occupationes pro derelicto habui, ut sexcentorum malorum causas, me tamen nondum ipsum etiam habere pro derelicto quini.

Eγώ δὲ coniunctio δι variè redditur autem, verò, cæterum, porrò, sed, tamen, imò, rursus, contraria, quin potius, ut sententia postulat.

Aποτελεῖ δὲ articulus subiunctiuus, neutri pluralis, pag. 78. v. 26. δὲ est coniunctio, ποιῶ δὲ ποιέω, circumflexum primæ coniugationis.

Aυτὸς) ipse pronomen aptum tribus personis, pag. 77. v. 18.

Επὶ τῆς ἐχετιᾶς) in solididine. εἰπεὶ cum genit.

Eχετιᾶς) η ἐχετιᾶ secundæ declinationis, genitiuus τῆς ἐχετιᾶς per vocalem α, quod desinat in α purum. Cur autem scribatur genit. ἐχετιᾶς, per ε circumflexum, notatum pag. 119. v. 13. interpres ἐχετιᾶς verit. Extremorum finium recessu. significantur enim hac voce prædia ab urbibus semota recessu, & solitudo ab hominū strepitu remota: ab εχετος, extremus.

Tαύτης) demonstrat. ετος, hic: αὐτη, hæc, genitiuus ταύτης, pag. 77. v. 4.

Nυκτὸς καὶ οὐμέρας) nocte, & die. tempus collocatur in genitio. pag. 123. v. 8.

Nυκτὸς) η νὺξ, nox, τῆς νυκτὸς, noctis, pag. 11. ver.

26. Quanquam in huiusmodi sat fuerit indicare nominativum. Quo conspecto, facile cognoverit, lector quomodo genit. & reliquos casus querere debeat, non ignoras quem ordinem in recensendis terminationibus obseruauerimus, De quo supra, pag. 18. v. 25.

Ηομέρας) η οὐμέρα, secundæ declinationis. Genit. τῆς οὐμέρας, quia exit in ρα.

Tραφεῖ) infinit, præsentis temporis, ut τραφεῖ, ab indicatio γραφω. Quod quum sit thema. sistendum est, nec extra propositum inquirenda sunt reliqua tempora. Supra pag. 13. v. 19.

Aιχμαλόματα) αἰχμαλό, dedecoro, pudificatio, suffundor pudore: αἰχμαλόματα, pudeficio, erubesco, suffundor pudore. Habet thema: ne longius angariis,

ris, vt reliqua rimeris tempora, sed hic fistas.

Cæterum quæ verba passiuæ vocis, vt est *αιχωματι*, sint reuera verba passiuæ, quæ autem deponentia, & actio carentia, lectione authorum vt pleraque alia discendum est. Interpres *γράφειν αἰχωματι*, vertit sic, Scribere ad te non sustineo, præ pudore: quod speciosus est & numerosius, quèm si verbum verbo reddisset. Scribere erubesco, pro vno verbo *αἰχωματι*, id est: erubesco, substituit multa per periphrasin. Non sustineo præ pudore. Quemadmodum autem rationes copiæ plurimum valent ad parandam versionis elegantiam: ita & in omnibus locis magno sunt usui: & ijs potissimum medetur incòmodis, quæ affert linguarū illa proprietas, & phrasis. Proinde si quis expeditum & elegantem interpretē præstare studeat, sermonis vberitatē sibi comparet, & tanquam in numerato possumque ante oculos habeat quicquid Erasmus de hoc genere præcepit, vir p̄ter alia dotes inumeras, hac ad miraculū usque suspiciendus, quod ita Græca in Latinum vertat, vt nullum Græcitatis vestigium appareat: idque ea fide, vt nec sententiæ addat nec detrahatur. Quumque nihil minus spectet, quām vt totidem verbis reddat, tamen incredibili quadam dexteritate plerumq; affequitur, vt citra sensus iacturam, dictionum tamē numero respōdere videatur: hoc (credo) maximē fretus: quod scribendi usu iam meditatum

habet

habet quomodo in quāvis faciem formanda sit ratio. Quò factum est vt illius interpretationes, præterquam quòd Græcanicas figuræ nūquam redoleant, hoc etiam eximium præ multis alijs sibi possint assumere quòd tanquam fontes Latini esse credantur, nō autem è Græcis fontibus hauriri. Sic verò interpretē agere, & numeris omnibus interpretis fidem præstare, neque ramen alium quām ipsum videri argumēti autorem id demum absoluti artificis est. Evidem pro mea tenuitate nō possum doctissimos viros in hoc negotio versatos inter se se cōmittere, & de unoquoq; censuram ferre: sed tamē omnibus candidatis linguae Græcae, nō dubito consilium dare, vt huius viri versiones diligētissimè perlegant, excutiant, & imitari conētur. Alia in alijs eminēt, neque omnia sunt in omnibus illustria: interpretē fidelem, Latinum & elegantem, facile & cōmodum, in varijs periclitatu, nisi nobis exhibuit Erasmus, nemo unquā est exhibitus.

(*γράφειν αἰχωματι*) valde usitatus est Græcis infinitius, vbi nos gerundijs utimur, & supinis, vt diximus sup. p. 17. v. 29. in voce *ποστός τὸ εμποτίσμα*. Verū & alioqui quemadmodum apud Latinos certa quædam verba gaudent infinitiis: ita & apud Græcos *βελομαλέγειν*, volo dicere, & τολμᾶ ἀποτίν, non audeo facere, &c. Horum est hoc loco *αἰχωματι γράφειν*, erubesco scribere.

Κατεύλειτον λείπω, linquo, secundus Aorist. *ελείπω*,

Ccc pag.

pag. 16. v. 25. Sic à καταλείπω composito, id est derelinquo, 2. aor. κατέλιπον, non καταλείπον: quia εἰπον incipitur à vocali, pag. 23. v. 16. ab imo.

M^{is}) Nusquam, non obuiæ sunt hæ duæ coniunctiones, & quidé, & verò. utimurque ipsiſis diuidendi gratia. vt sententiam à sententia, membrum à membro discernamus, ac priorem locū vendicat ſibi &, posteriorem &. Quamuis autem creberimum &, nullo præcedente &; rarissimum tamen eſt &, quin poſtea ſubdatur vel &, vel alia quæpiam coniunctio, quæ alterā ſententiā conlineat priori respondetē, vt cui ſit vel affinis, vel diuersa. Itaque hoc loco prior ſententia eſt, κατελιπον μὲν γράμματα κατελιπότε, &c. ſubiungitur altera ἐμαυτὸν δὲ τὸ πατέσθεντον οὐδωνίλια. Cæterū Budetus pro & & poſuit tametis, tamen: quæ duo minus græcitatem ſapiunt, quam illa priora.

T^{er}) enim. De hac coniunctione diximus ſuprà, pag. 16. v. 22. & quæ præterea nobis denuò ac ſæpius occurrit, ea ſat erit ſemel-declaraffe. Vocis verò ſignificatū altera versio facile monſtrauerit, aut adhibitum Lexicon.

T^{et}) εἰπεν διαργίδας articulus τὰς, afficit præpositionem cum caſu. de quo ſuprà, pag. 20. ver. 24. in voce τὸ μετ' οὐδὲν βλογ. Verti poterat, in vrbe oblatas: aut datas: aut per relatiū, quæ in vrbe offerebantur, quæ in vrbe mihi dabantur: quibus, quum in vrbe agerem inuolui, & implicari ſolebam. Nam hic ſenſus eſt: ſed breuitatis studio-

ſus

fus compendio dixit vrbiſas occupationes.

A^{ter}) τὸ ἄσυ, τὸ ὅφεος, ſine craſi pag. 87. v. 11. da- tiuſ verò ἄσει craſin admittit, ἄσει, ſi nō à nomi- nativo ἄσυ, certè ab inuſitato nomine primæ de- clinationis contractorum τὸ ἄσυ, τὸ ἄσει, τῷ ἄσει, τῆσει, vt τῆχος: quemadmodum non ſolū dicitur δόρυ, ſed & τὸ δόρος, τὸ δόρεος δόρους, τῷ δόρου δόρει, τῇ γε τῆχος.

Διαργίδας) τριὶς, ſecund. Aor. ἔτηγις, componi- tum διαργίδα, ſecund. Aor. διέτηγις: vnde verbale διαργίδη, ſecundę declinationis, accusatiuus plu- ralis τὰς διαργίδας. Multa ſunt verbalia, quæ fer- uant characteriſticon ſecundi Aoristi, διέτηγις, διαργίδη.

N^{on}) tāquam, vt, veluti: alia ſignificata ſuo ſer- uetur loco. Caueant verò studiosi, ne vocabulo- rum ſignificationes inquirat, quo tépore ſunt in Grāmaticis occupati præceptionibus: qua in re plurimum ſæpenumero peccatur. Deinde iactis fundamentis vbi ad authorū lectionē ſeſe con- tulerint, ſi non aderit interpres, cōfugiendum ad Lexicō. Sed ſignificatū illud modò trahent, & quātum dabitur, in memoria reponant, quod lo- co præſentis ſatisfaciat. reliqua, ſi fieri poterit, ne legant quidé. Quid ſi ſcriptorē propè ſe vi- deat intelligere, vel viua præceptoris voce fre- ti, vel fida alioqui adiuti interpretatione: ſtultū eſt à Lexicis petere consilium: in quibus vt om- nia tradantur plānissimè, etiam quæ vocis vſum

C C C 2 pro-

prolatis exemplis ostendant: tamen iejuniora minusq; viuida sunt: neque tam penitus harent, vt quæ ipse tibi legendis autoribus paraueris.

Mupiav) τὰ μυρία, multa & inumerata: pro quo Latinis sexcenta: numerus finitus pro infinito. Genitius pluralis τῶν μυρίων.

Κακῶν) ἡ κακός, η κακή, τὸ κακόν, malus, mala, malum: genitius pluralis neutri generis, τῶν κακῶν, malorum.

Αὐθορπάς) ἡ αὐθορπή, secundæ declinationis: τις αὐθορπας, accusatiuus pluralis.

Εμωτὸν) meipsum, pronomen compositum, pag. 77. ver. 27.

Οὐσία) nondum esse est tanquam adiectio syllabica: sic μίνη, ita apud nos syllaba dum, in nondum, necdum, quiddum, haud dum.

Αὐτολιπέν) λεῖψα, secundus Aorist. ελιπον, infinit. λιπεῖν: sic à composito ξελέπα, secundus Aoristus αἰταλιπόν, infinit. ξελιπεῖν.

Η' δωνίθλω) δωί αματι, possum, verbum deponens. Secundæ coniugationis in μι, à primitivo δωνίω, fut. δωνίσω, præterit. act. δεδωνίκα, pass. δεδωνίκη, δεδύνται, δεδωνίται, Aoristus primus, εδωνίθλω, & Atticè, η δωνίθλω. mutant enim augmentum syllabicum in temporale, pagina 92. ver. 6. Nemo verò miretur nos in rimando themate, aut formando tempore multa proferre, quæ non sint recepta. Neque enim quæ recepta sunt recensemus, sed quomodo vnum quodque formetur.

A.M'

Αλλ' ὅμοιός είμι τοῖς ἐν θαλάσσῃ ναῦς τῆς χρήστης περιπέτειας θαλασσινέοις καὶ ναυτιώσιγ.

Sed similis sum in mari, præ circa nauigationem inexperiētia pereuntibus, & naufragiis.

διμιτέρηque illis affectus sum, qui naufragandi insolentes nausea perdītæ efficiantur.

Αλλ' ὁ μοιος) ἀλλα ὁ μοιος, Apostrophos, p. 5. v. 17.

Vsus te docebit quæ vocales defint, ubi assidua lectione didiceris ἀλλα νό ἀλλα: & ita in reliquis. Budæus ἀλλα vertit, que, nam hæc coniunctio variæ significat, nec tantum est aduersatio.

Ομοιός είμι) similis sum, rectè vertit. Similiter affectus sum. Tentabis ipse memor. cōpiæ numerus aliter quoq; reddi queat, Ita nobisquum agitur, Perinde res nostræ se habent: & breuiter quæcunque voces similitudinem æqualitatemque significant, tibi in mentem veniant: & quod optimum duxeris, id ponere licebit.

Είμι) accentum hoc loco remittit in præcedentem dictiōnem. est enim encliticum. pag. 121. ver. 1. Cæterū coniugationē huius verbi substantiū είμι, pag. 98. ver. 18. sed quia hīc præsens tempus occurrit, id est, thema, nō est necesse ad reliqua descendere, vt antè monuimus.

*Τοῖς θαλασσινέοις) inter articulum τοῖς, & partici-
pium θαλασσινέοις, interseruntur aliquot particu-
lae; de quo satis iam scriptum est in præceden-
tibus, suprà pag. 12. ver. 8.*

Ἐν θαλάσσῃ) in mari. præpositio ἐν cū dat θαλάσση, cuius est nominis θαλάσσα, secundæ declinationis.

Ccc 3 T. πο

CLEN.

B V D.

τὸν τῆς γῆς ἀλλὰν ἀπειρίας) sic ordina, τὸν τῆς ἀπειρίας, præ inexperienced, καὶ τὸν, circa nauigationem, aut in nauigatione aut sic τὸν ἀπειρίας, præinperiencedia, ἀπειρίας, inquam, τῆς καὶ τοῦ οὐκ
quæ est circa nauigationem, quæ inter nauigandum contingit. explicādo articulum τῆς, ut maximè quadrat. nec est aliud ἀπειρία καὶ τὸν, inexperienced circa nauigationem, quām inexperiencedia nauigandi. proinde interpretatus est totam hanc particulam duabus vocibus, nauigandi insolentes: capta voce, ut apud comicū. Quid tu Athenis insolens?

τὸν) præ, cum genitiuo τὸν φόβον, præ metu.

Κατὰ τὸν τὸν) in nauigatione circa nauigationē. id est, inter nauigandū, præpositio cū accus.

Πλωσι) τὸν τὸν, nauigo hinc ὁ τλόος, nauigatio, ut à τρέπω fit τρόπος, suprà pag. 21. ver. 21. in voce τρέπε. Contrahitur autem hoc nomen ὁ τλόος, τλῆς accusatiuus: τλέον, τλῆν, pag. 87. v. 22.

Απειρία) τεῖρα, experientia, inde ἀπειρός, inexperienced. nā est σερπικὸν μόριον. id est, primitiuia particula, faciens ē substantiuo adiectiuum quod rei priuationem significet: μοῖρα, pars. ἀμοῖρος, expers φόβος, metus, ἄφοβος, intrepidus. Sic à τεῖρα fit ἀπειρός: vnde substantiuum ἡ ἀπειρία, τῆς ἀπειρίας, secundæ declin. Siquidem ab adiectiuis in os fiunt substantiuia in ια, κακός, malitia, κακία, malitia: vt notatum suprà, p. 26. v. 21. in ἐπαγγελίας. Nec tamen analogia freti conabimur quœuis à quo quis deducere,

cere,

cere, sed spectandus est: autorum ysus magnus, magnitudo, non magnitas: contrà, pius, pietas, non item pietudo: iustus, iustitia, non iustitas, nec iustitudo. sic apud Græcos φίλος, φίλη, amicus amicitia, nō itē καλός, καλή, pulcher, pulchritudo.

Απολλυμένοις καὶ ναυτιλίοις) pereuntibus, & nau-seantibus: pro quibus Budetus. Qui nausea perdite afflictantur participium alterum mutauit in verbum eiusdem temporis, & relatiuum, deinde vocem vnam duabus reddidit per periphrāsin, pro nauseare, afflictari nausea: pro altero participio Απολλυμένοις, substituit adverbium perdite: aut contrà, pro Απολλυμένοις, perdite afflictantur, pro ναυτιλίοις ablatiū nausea. Faciamus periculum num alio quoque pacto vertere liceat: Qui nausea pereunt, quos miserè cruciat nausea, qui perdite nausea torquétur, quos perdite grauat nausea, quos ad interitum usque nausea premit, qui perdite vexantur nausea, quos infestat, & perdit nausea, quibus nausea molestia perniciem affert. Quanquā ista partim liberiora sunt quam pro officio interpretis: tantum ostendendam hoc modo viam putaui, qua ratione eruenda sunt, quæ studiosis huius rei conducant, vt vbi dictionem latissimè pluribusque verbis explicauerint, ea dénum feligant quæ compendio ad sententiam proximè videatur accédere.

Απολλυμένοις) ὀλλύω, compositum Απολλύω, vnde actiuum in μι, Απολλυμι, passiuum Απολλυμαι, per-

dor, & pereo, participium *υπαλύμενος*, tertiae declinationis. Datius pluralis *τοῖς υπαλυμένοις*, qui regitur à nomine *ὑμῶς*. Nam ut Latini, sic & Græci similitudinis adiectio tribuit datiuum. Et quod ad illa communia syntaxis capita spectat, fermè idem obtinet apud utrosque. Quapropter in institutionib. nostris ista per quam paucis, & carptim attigimus: & quod discipulus iam in ludo Latino percepisset, id ne commemorare quidem voluimus, rati nos operam perdituros, si doctum & memorem admoneremus.

